



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 86. Bulla Pontificis circa juramentum de profitenda fide.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

§. LXXXVI.

Sæcul. XVI.
A.C. 1564.

*Bulla Pontificis circa juramentum de
profitenda fide.*

„Pius Episcopus, Servus servorum
 Dei, ad perpetuam rei memoriam. *Labb. Coll. Conc. tom. 24. pag. 944. Es seq.*
 „Injunctum nobis Apostolicæ servitutis
 „officium requirit, ut ea, quæ Domi-
 „nus omnipotens ad providam Ecclesiæ
 „suæ directionem, sanctis Patribus in
 „nomine suo congregatis, divinitus in-
 „spirare dignatus est, ad ejus laudem,
 „& gloriam incunctanter exequi prope-
 „remus: cum itaque juxta Concilii Tri-
 „dentini dispositionem omnes, quos
 „deinceps cathedralibus, & superiori-
 „bus Ecclesiis præfici, vel quibus illa-
 „rum dignitatibus, Canonicatibus, &
 „aliis quibuscunque beneficiis Ecclesia-
 „sticis, curam animarum habentibus
 „provideri contingeret, publicam Ortho-
 „doxæ fidei professionem facere, sese
 „que in Romanæ Ecclesiæ obedientia
 „permansuros spondere, & jurare te-
 „neantur: nos volentes, etiam per
 „quoscunque, quibus de monasteriis,
 „conventibus, domibus, & aliis qui-
 „buscunque locis, Regularium quorum-
 „cunque Ordinum, quocunque nomine,
 „vel titulo providebitur, idem servari,
 „& ad hoc, ut unius ejusdem fidei
 „professio uniformiter ab omnibus ex-
 „hibea-

Sæcul. XVI. „hibeatur, unicaque, & certa illius for-
 A.C. 1564. „ma cunctis innotescat, nostræ sollici-
 „tudinis partes, in hoc alicui minime
 „desiderari: formam ipsam, præsentibus
 „annotatam, publicari, & ubique gen-
 „tium per eos, ad quos ex decretis i-
 „plius Concilii, & alios prædictos spe-
 „ctat, recipi, & observari, ac sub pœ-
 „nis per Concilium ipsum in contrave-
 „nientes latis, juxta hanc, & non aliam
 „formam, professionem prædictam sole-
 „mniter fieri, auctoritate Apostolica
 „tenore præsentium districtè præcipien-
 „do mandamus, hujusmodi sub tenore.

§. LXXXVII.

Fidei Professionis norma.

„Ego N. firma fide credo, & profi-
 „teor omnia, & singula, quæ con-
 „tinentur in Symbolo fidei, quo Sancta
 „Romana Ecclesia utitur, videlicet:
 „credo in unum Deum Patrem omni-
 „potentem, factorem cœli, & terræ vi-
 „sibilem omnium, & invisibilem, & in
 „unum Dominum Jesum Christum, fi-
 „lium Dei unigenitum, & ex Patre na-
 „tum ante omnia sæcula, Deum de
 „Deo, lumen de lumine, Deum verum
 „de Deo vero, genitum non factum, con-
 „substantialem Patri, per quem omnia
 „facta sunt, qui propter nos homines,
 „& propter nostram salutem, descendit
 „de